



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvrghensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiariam, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Additiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13578

locum qui dicitur *Efelspach*, cum tribus vineis, XX. & III. mancipiis, silvis, & omnibus jure ad ea pertinentibus, in manus filiae suae *Gerbirga* abbatissae, & eius aduocati *Hartvici*, ut in cottidiana oratione sanctimonialium, sui parentumque suorum frequens memoria esset ad Deum, & hi sunt testes. *Wezil*, *Pabo*, *Arnolt*, *Helemprecht*.

Eadem Comitissa *Willibirch* ex petitione filiae suae *Leutkardae* tradidit ad altare S. *Mariae* sanctique *Zenonis* praedium quod vocatur *Solari*, cum fundo Ecclesiae & silva & mancipiis I X. molendino & pratis, ac omnibus quae ipsa ibi haereditario jure possedit ea lege, ne cuiquam in beneficium detur, nec quoquam modo domui Dei auferatur, sed in praebendam praefatae filiae suae L. & in memoriam suae animae, defunctique mariti *Werigandi*, omniumque parentum suorum, sororibus ibi Deo seruientibus perpetuo suffragetur.

Eiusdem *Williburga* filia *Hadmuot* Comitissa tradidit ad altare S. *Mariae* praedium quod dicitur *Hadprethsdorf*, eo jure quo ipsa possidebat. Cuius rei testes sunt *Vdalrich* de *Fornenbach*. *Ruotpreht* de *Reida*. *Heinrich* de *Sunzingen*. *Engelram* de *Merimus*. *Folrat* de *Adelperendorf*. *Reginger* de *Vnzenheim*. *Eisenreich* de *Burmingen*.

Quidam illustris profapiae Clericus *Adalbero* nomine, & Germanus eius *Marchvart* Ducis *Adalberonis* filij dederunt ad altare S. *Mariae* in manus *Gerbirga* abbatissae & aduocati eius *Erchingeri* siluam quam habuerunt in loco *Mospach*. Cuius rei testes sunt, *Gerolt*, *Iacob*, *Rivvin*, *Rapato*, *Starchant*, *Hezil*, *Penno*, *Anno*, *Razili*.

GOTZZELL.

MONASTERIUM Canonicorum regularium sancti Augustini. In Herci-
nio saltu versus Bohemiam nobilis vir, *Heinricus* de *Pholing* (villa est inter montem *Pogen* & *Metenam* riuum juxta *Danubium*.) una cum vxore sua, *Mathilda*, Diuo *Bernhardo* Templum *Droschlach* condunt, Monachos ex *Alderspach* euocant, qui, iubente *Heinrico*, Duce *Bauariae*, *Rumasfeld* arcem, propinquam diruunt, solo aequant, lapides *Droschlachium* vesti, edes inde constructas *Heinricus* Episcopus *Ratisbonensis* dedicat, & *Gotszellam* denominat, Anno Domini 1286.

ADDITIONES.

DONATIONIS FORMÆ.

Vniuersis presentes literas inspecturis, Ego *Hainricus* de *Pföllingen* significo per presentes, quod inspirante diuinæ bonitatis clementia, à quo cuncta bona procedunt, circa sacrum & famosum ordinem Beate *Mariae* virginis gloriosae *Cisterciensium*, sinceris motus affectibus charitatis de bonis & paternis propriis eidem ordini, & specialiter Ecclesiae in *Alderspach* pro remedio & salute animae meae, & omnium progenitorum meorum, cum consensu & consilio coniugis meae Dominae *Mechtildae*, villam meam in *Droschlach* cum molendino, & piscationem quae se inchoat ad praedictum molendinum, & terminat se apud syluam quae *Panholtz* vocatur, atque syluam cum omnibus suis attinentiis, pratis, pascuis, atque venationibus praedictae Ecclesiae donavi & tradidi, &c. Data Anno Domini Millesimo Ducentesimo octuagesimo quinto, quarto Calendas Augusti,

Nos

Nos *Henricus* Dei gratia *Ratisbonensis* Ecclesie Episcopus tam presentibus quam futuris inspectoribus presentium literarum, volumus esse notum, Quod cum vir strenuus & discretus *Henricus* de *Pfolling* affinis noster dilectus pro suo ac progenitorum suorum remedio & salute, venerabili Monasterio in *Alderspach Cisterciensis* ordinis suam villam in *Droschlach* cum omnibus suis attinentis cultis & incultis, quæ sitis & inquirendis, nemoribus, piscationibus, & molendino ibidem adjacentibus, quæ quidem villa fuerat ad eundem ex successione hereditaria deuoluta, jure proprietatis perpetuæ donasset, tradidisset ac assignasset perenniter possidendam pro cella ibidem construenda, in qua etiam, nunc duo fratres eiusdem ordinis sunt locati ad famulandum Deo jugiter in eadem, ita tamen quod crescentibus Deo auspice loci facultatibus ibidem & augeri debeat eiusdem religiosarum numerus personarum; tam prædicti *Pfollinger* precibus, tam etiam Zelo feruoris gratuito, quo ipsam *Alderspachensem* amplexamur allecti, donationum omnium prædictarum habere ratam & gratam decernimus. Et antedictam villam *Droschlach* cum ceteris supradictis ad eandem pertinentibus & adiacentibus digne censuimus variandam, *Gotteszell* eidem villæ pro vocabulo perpetuo imponimus, Datum & Actum *Ratisbonæ* Anno M.C.C.LXXXVII. Idibus Maii.

Nos *Hainricus* Dei gratia *Ratisbonensis* Ecclesie Episcopus, vniuersis presentes literas inspectoribus cupimus esse notum, quod non solum propter sacre religionis militiam *Cisterciensis* ordinis, in quo per orbem multa bona opera operatur clementia saluatoris, verum etiam ob amorem & instantiam viri discreti *Henrici* de *Pfolling* affinis, qui nos & Ecclesiam nostram fide ac dilectione complectitur spirituali, Decimam in *Rulmansfelden* sitam in parochia *Gierstall* nostræ dioceseos, quam idem *Pfollingerus* à nostra tenuit Ecclesia titulo feudali, de consensu nostri capituli donauimus, tradidimus, atque assignauimus, cum omnibus suis attinentiis Ecclesie in *Gotteszell* ex recenti fundatione ipsius *Pfollingeri* nouiter inchoate. In cuius rei testimonium presentes literas dedimus, sigillorum nostrorum & capituli nostri, necnon ipsius *Pfollingeri* robore communitas. Datum *Ratisbonæ*, Anno Domini M. C.C. X.C. Idibus Septemb.

Nos *Otto* Dei gratia *Palatinus Comes Rheni Dux Bauariæ* presentibus presentemur, quod cum quondam fidelis noster *Hainricus* dictus de *Pfolling*, pro conseruatione cultus diuini, quem pro suo & maiorum suorum remedio saluari, suis & post futuris desiderabat temporibus ampliari, Cœnobium in *Gotteszell* pro habitatione religiosarum personarum Ordinis *Cisterciensis* ibidem Deo famulantium olim de nouo fundaret, munificentie sue donis, tam in morte quam in vita dotauit locum eundem & ditauit, possessionum & prædiorum suorum donationibus infrascriptis, conferendo eidem primo videlicet decimam per totam parochiam in *Geyrstall*, item villam dictam *Sall*, item villam *Pamatzen*, item *Suckhenried* quatuor Sellas, item villam *Pfolling* cum piscaria & vineto ibidem. Item duas Curias in *Emchendorff*. Item pratum suum transripam quæ dicitur *Teyfena*, cum sylua, molendino & piscaria ibidem. Item pratum apud sylua quæ vulgariter dicitur *Strasholtz*, quas possessiones & prædia, vna cum hominibus, nemoribus, piscationibus & omnibus iuribus & redditibus, cultis & incultis, quæ sitis & inquirendis, & generaliter cum omnibus attinentiis, quocunque nomine censeantur, omni iure & solennitate qua poterat donauit & contulit cœnobio supradicto, perpetuis vñsibus pacifice possidenda. Licet igitur præmissa donatio in nostrum & charissimorum fratrum nostrorum graue videretur præiudicium præaccepta, quia in scriptis possessionibus, prædijs & iuribus, tanquam

tanquam hæredes legitimi ex pactis specialibus succedere debebamus; tamen deuotionem morientis, & diuini cultus augmentum ibidem ad nostrum nostrorumque progenitorum remedium attendere cupientes, de beneplacito & consensu prædictorum charissimorum fratrum nostrorum *Ludouici & Stephani*, tandem donationem cum omnibus suis clausulis factam Cœnobio prænartrato, ratam habemus & gratam, & eam præsentis literarum nostrarum testimonio approbamus. Recipientes ex nunc ipsum Cœnobium cum omnibus possessionibus, iuribus, & redditibus superscriptis ad nostræ defensionis gratiam specialem, contra quamcunque violentiam vel iniuriam inuasorum, & quorumlibet præsumptiuorum. In quorum omnium euidentis testimonium atque robur, præsens Instrumentum sibi dedimus sigilli nostri robore comunirum. Datum & actum apud *Landsbut*, Añ Dom. M. CC. XCIV. in Dominica Latere.

Wir Ludwig von Gottes genaden Römischer Kaysers/ ze allen zelten mierer des Reichs/ Welhennen offentlichen an diesem Brief/ vnd thun thune allen den/ die in sehen oder hörent lesen/ das wir den Erbaren geistlichen Mannen/ dem Abo vnd dem Conuent des Gotsbaus ze Gotteszell/ vnsern lieben diemütigen/ durch Gott/ vnd durch vnser/ vnd vnserer Vordern Seelen Hail vnnnd Seel willen bestetigt haben alle die genade Freyheit vnnnd gaben/ die ihn vnser Vordern selig/ Hertzog Stephan/ Hainrich Ot vnd Hainrich vnser Vettern gethan vnnnd geben haben/ als die hernach geschriben steent. 2c. Vnd wann wir vernommen haben/ das dasselbe Gotshaus ein neu Stiffte seie/ vnd vnser genaden/ fürderung vnnnd schirmes besunderlichen wohl bedürffe/ vnd auch beweiset sein/ vnd wohl wissen/ das sie guets vnd rechts Lebens sind/ vnnnd das Gotsdienst von inen löblich volbracht vnd volfüert wurd/ darumb wir in besunder genaden vnd fürderung schuldig sein/ haben wir in durch Gott zuuorderst/ vnd durch besunder Genad vnd Günst die wir zu in haben/ die nachgeschriben Genad erneuert vnnnd bestet/ als in die von vnsern Vorfarn gegeben sind/ das wir willen das dhein vnser Richter oder Ambtman hins iren Güttern/ Leutten noch Mülten/ die hinter ihn auf iren Erbarn sind gesetzet ichts zerichten haben/ dann vmb drei sachen/ die an den Tod gent/ das ist Diep ober sechs schilling der längen/ Todschlag vnd Notmunt/ also/ wurd jemandt mit derselben sache einer mit der Warheit begriffen/ so soll sich vnser Richter desselbigen schuldigen Mannes unterwinden/ anders nicht/ dann als er mit der Gäril vmbfangen ist/ vnnnd mit desselben gut soll dhein vnser Richter noch Ambtman icht zeschaffen haben. Darnach wellen wir/ swer hins ihren Aigen oder Erbaren icht zespreehen haben/ das demselben dhain vnser Richter oder Ambtman nicht verhören/ noch sich des annemen soll/ wañ wir selb verhören wellen/ was dasselbe Gotshaus angeht/ oder angehört/ auch haben wir in die Gnad gethan/ swas sie aigens oder vrbarn haben/ oder noch gewissent/ vnd die sinne haben Jar vnd Tag/ an alle ansprach/ desselben wellen vnd sullen wir fürs bas je schirmer vnd versprecher sein für alle ansprach. Wir bestatten auch dem obgenannten Gotshaus ze Gotteszell all andere Gnad/ Freyheit vnnnd Recht/ die Rhönig Ot/ Hertzog Steffan/ vnd ander vnser Vordern aller Pfaffheit reichen vnnnd armen in vnserm Land vnd in vnser Herrschafft ze Bayern verscriben vnd geben haben. Vnd welsien vnd gebieten allen vnsern Ambtleutten/ Pflegern/ Bischoffen/ Richtern vnd andern die jezund sind oder fürbaß werdent/ vnnnd gemeinlichen allen Leutten/ das sie in die vorgenante Gnad/ Erneuerung Gab vnd Freyung stet halten/ vnnnd sy daran mit nichte bechrencken/ als sy vnser groß Vngnad vermeiden wollen. Vnd daryber ze ein nem Dreihund geben wir disen Brief versigelt mit vnserm Kayserlichen Innsigt der gehensist ze Landsbut an aller heiligen Abend/ als man zelt von Christi Geburt dreihundert Jar/ darnach in dem fünf vnd vierzigsten Jahr/ in dem ein vnd dreissigsten Jar vnser Reichs/ vnd in dem achtzehenden des Kayserthumbs.

Prelati

Prælati huius Monasterij.

ASserit modernus Abbas. Monasteriū hoc Cella Dei à tempore primæ foundationis nō habuisse suos peculiare Prælatos, sed ex Monasterio Alderspacēsi datos ei fuisse clericos, quandoq; etiam Laicos, qui illud administrarent: donec tandem Anno Domini 1604. per Dn. Ioan. Abbatem Alderspacensem res aliter fuit ordinata.

I. ACHATIVS.

II. MICHAEL.

SANCTI HAIMERANI MONASTERII FVNDATIO.

*Vid. Velfer
Biscar. ver.
IV. p. 238.
ES. supr.
p. 185. &
243.*

ANNO Domini 640. & circiter, beatissimus Pater Haimeranus Pictaviæ fuit Episcopus, quæ vrbs est Aquitanix, qui relicto Pictaviensi Episcopatu, tempore Constantini tertij, Ratisbonam venit, ut ibi populum in Catholica fide nuper à Diuo Ruperto institutum confirmaret, ac magis instrueret, sub Theodone quinto, Bauariæ Duce, qui eum benignè suscepit & Episcopum Ratisbonensem constituit. Huic Theodoni filia fuit Huta, quam Sigibaldus quidam, Eques compresserat. Intumescēte verò vtero, huius flagitij culpam in S. Haimeranum (qui tum in itinere erat Romam versus) absentem transfert, Landebertus verò, frater puellæ, rei indignitate commotus, S. Haimeranum insequitur, & comprehensum in pago Helfendorf, in superiori Bavaria circa Monacū, in frustra articulatim dissecari iubet. Membra autem dissecta naviculæ imposita, aduerso Danubio sunt Ratisbonam translata, ibidem sepeliuntur in sacello D. Georgij extra mœnia vrbs, præsentē Theodone Duce Anno 652. Theodo igitur, ut mors tanti Pontificis, cuius innocentia miraculo patefacta est, lucretur, Vtram filiam in Italiam relegat, Landobertus fit profugus & in exilio perit. Iste Theodo Monasterij S. Haimerani primus extitit fundator, Anno 696. Sed Ioan. Aventin. libro 3. Annalium fol. 281. ponit, S. Haimeranum Pictavia, Noricorum vrbe, oriundum fuisse, quem vide, & quæ de ipso apud Episcopos Ratisponens. latius scripta sunt.

SEQUENTI anno, scilicet 697. Appollonius primus huius Monasterij Abbas præficitur. Erat tum idem Monasterium vix Capella Monachorum, sed postea per Simpertum Episcopum Ratisbonensem, iussu Caroli Magni, fuit magnificè inchoatum & perfectum. De licentia Tassilonis, Ducis Bauariæ, aliquæ traditiones ad casam constructam, in honore S. Petri & S. Haimerani sunt factæ; inter alias una, anno Ducatus eius XIII. ex quo constat Ecclesiam fuisse ante Carolum Magnum constructam.

ANNO Domini 732. Bonifacius Moguntinus Archiepiscopus Gaubaldum Episcopum Ratisbonensem constituit, qui primus in ordine fuit eorum, qui istam Cathedram & ordinariam Episcoporum successionem inchoarunt. Nam ante hunc fuere Episcopi tantum aduentitij. Sub hoc Gauboldo S. Haimeranus est translatus.

ANNO 752. Simpertus Ratisponens. Episcopus Monasterium S. Haimerani, iussu & sumptibus Caroli Magni Imperatoris V. magnificè (ut dictum est) incepit; sequenti anno S. Bonifacius martyrium subiit apud Frisones.

IN HOC S. Haimerani Monast. sepultæ quàm plures sanctæ & celebres personæ, inter quos idem D. Haimeranus primus est, deinde S. Dionysius Arcopagita, magnus & Hierarchius Doctor, S. Pauli discipulus, Atheniensis Episcopus & Martyr gloriosus, qui una cum Rustico & Eleutherio, confortibus suis, sub Domitiano